

www.e-rara.ch

Argumenta omnium, tam Veteris quam Novi Testamenti, capitum

Gwalther, Rudolf

Tiguri, anno [15]47

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: VIII bis 103

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-4895>

Amos propheta.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- 23 *Felices, quotquot summo seruire Tonanti
Dignantur, Deus his præmia magna parat.
Et miseri, quotquot Domini mandata relinquunt,
Hos etenim tristi corrigit ense Deus.*
- 24 *Quin reduces cæli Dominum nunc pectore puro
Quæritis? & laudum debita sacra datis?
Nam reduces sancto Dominus dignatur amore,
Hisq; salutiferam porrigit ille manum.*

I O E L.

In Cap. 1.

- H**ostis describit crudelia bella futuri,
Et quæ sint pœnæ semina iacta docet.
Deficient fruges, pecudes, arbustaq; pulchra,
Vna salus, Dominum si uere amur, erit.
- 3 *Sume tubam ac infla, properat nam bellica turba,
Quæq; uenit summi pœna parata Dei.
Corrige præteritos mores meliora dabuntur
Tempora, quin doctor Spiritus alnus erit.*
- 6 *Gentes, quæ summi populo nocuere Tonantis,
Seuitiæ pœnas suppliciumq; ferent.
Iudicat hos Dominus, qui præmia digna rependet,
Dum meritis cernent præmia iusta pñ.*

A M O S P R O P H E T A.

In Cap. 1.

- V**icinis Domini prædicat gentibus iram,
Quantaq; sit narrat gratia lenta Dei.
Fata Palestinis, Syrijs, Tyrijsq; superbis,
Hinc & Idumæis Ammonidjsq; canit.

Prophetia

- 2 *Hic Moab immanem & seductum taxat Iudam,
Atq; suæ gentis facta nefanda notat.
Incesti summi spernunt benefacta tonantis,
Sancta prophetarum dogmata reijciunt.
Inficiunt iuvenes Domini ad pia sacra peritos,
Ergo Deo pœnas, quas meruere, dabunt.*
- 3 *Non punit Dominus moncat nisi, fata Prophetis
Detegit, hos ergo est spernere grande nefas.
Izrael Domini pœnas & dira subibit
Fata, quia lætas res modo ferre nequit.*
- 4 *Opprimitis tristes non iusto pondere egenos,
Et falsos colitis, monstra pudenda, Deos.
Ergo fames, pestis, gladius grassatur in omnes.
Viuerè si uultis, uiuite iam melius.*
- 5 *Venturam exiguo crudelem tempore pœnam
Nunciat, ostendens quæ stet ansa mali.
Viuitis iniusti, cultus simulatis inanes,
Vestra salus, pura quærere mente Deum, est.*
- 6 *Vos Deus instruxit terris regnoq; beato,
Nulla tamen meritis gratia digna uenit.
Luxuria, ebrietas, iniusta superbia regnant,
Ergo dabit factis præmia iusta Deus.*
- 7 *Sæpe Deus uoluit sceleratam perdere gentem,
Impediit precibus sed pia turba Deum.
Infonem defert hic coram Rege Sacerdos
Vatem, cui Domini fata propheta canit.*
- 8 *Iniustis miseros inopes contractibus urgent,
Et summi pergunt temere iussa Dei.
Ergo fames Verbi dabitur, solatia demet,
Et misere perdet pectora cæca Deus.*

Inmittet meritas Dominus pro crimine pœnas,
 Nemo fuga poterit consuluisse sibi.
 Attamen abductos patriæ sub regna reducet.
 Hæc uere in Christo sensum habuere suum.

A B D I A S.

In Cap. 1.

CRudelem nimium Vates reprehendit Idumen,
 Inuidiam, fastum, fœdera falsa notans.
 Qui sanctos uexant, simili quoq; lege peribunt,
 Omnia deuincet bella futura Sion.

I O N A S.

In Cap. 1.

Mittitur ad Nineues celeberrima incœnia Ionas,
 Imperium Domini sed tamen ille fugit,
 Horrida tempestas de nauibus eijcit illum,
 Excipit hunc cæco bellua uentre ferox.

2. Pisce latens celebrat Domini pia munera Vates,
 Et summi cantat tot benefacta Dei,
 Euomit absorptum cæco de gutture Coetus,
 Redditur & terræ, qui modo præda fuit.

3. Alta subit Nineues fortis sub tecta Prophetes,
 Et quæ sint urbi fata futura docet.
 Ocyus hi Dominum uotis precibusq; fatigant,
 Nullaq; quæ fuerat pœna parata, uenit.

4. Displicuit querulo Domini clementia Vati,
 Dum famæ metuit damna nociua suæ.
 Huic deus ostendit fruticis per damna ruentis
 Quàm non sit iusti pectoris ille dolor.